Qualitatē vero dico sm quā quales dicimur. Est aūt qualitas eorū que differūt multipliciter. et vna quidē species qualitatis habit9 dispositioq3 dicit. Differt aūt habitus a dispositiōe q permanētior et diuturnior sit. tales ergo sunt scientie et virtutes Scientia eñ videtur esse permanētior et eorum q difficile mouent vt si quis medioctiter scientiam sumat. nisi forte grandis permutacio sit facta vel ab egritudine vel ab aliquo hmōi. Similiter aūt et virt9 et iusticia vel castitas et singula taliū. nō vident facile posse moueri neq3 pmutari Affectiōes vo dicunt q sunt facile mobiles et cito pmutabiles vt calor et frigiditas egritudo et sanitas. et alia hmōi. afficit eñ hō quodāmodo circa eas. Cito autem pmutat. et ex calido frigidus fit. ex sanitate in egritudinem trāsit. siliter aūt et in aliis quecūq3 sunt et hmōi. nisi forte in his q ptingit p tpis longitudinem

In naturā cuiuscunq; transferri vt insanabilis vel difficile mobilis existat affectus quāiam quibus habitudinē vocet. Manifestū est aūt quoniam hec volūt habitus vocari que sunt diuturna vel difficile mobilia. naz in disciplinis nō multum retinētes sed facile mobiles dicuntur habitum non habere quamuis sint ad disciplinam melius peius vt dispositi. quare differt habitus a dispositione. q: hoc quidem facile mobile est. illud vero diuturnū et difficile mobile. Sunt aūt habit⁹ dispositiōes. dispositiones vo nō necesse est habitus esse. qui em̄ retinent habitū quodāmodo dispositi sunt. ad ea que habent habitum vel meli⁹ vel peius qui aūt dispositi sunt nō oino retinēt habitū. Aliud vo genus qualitatis est. ſm ꝙ pugillatores vel cursores. vel egrotiuos. vel sanatiuos dicim⁹. et simpliciter quecūq; ſm naturalē potentiā vel impotentiā dicunt. Non em̄ qm̄ sunt dispositi aliquo modo vnūquodq; huiusmodi dicitur. sed qui habeant potentiam naturalē vel facere quid facile vel nihil pati. vt pugillatores vel cursores dicunt nō ꝙ dispositi sint. sed habeāt potenciā hoc facile faciendum Sanatiui aūt dicunt eo ꝙ habeāt potentiā naturalem vt nihil a quibuslibet accidentib⁹ patiant. egrotiui vero eo ꝙ habeāt impotenciā nihil patiendi. Similiter aūt se habēt durum et molle. durū em̄ dicitur ꝙ habeat potentiam non cicius secari. molle vero ꝙ eiusdez ipi⁹ impotentiā habeat.

Tertia vero species sunt passibiles qualitates et passiones. Sunt autez huiusmōi. vt dulcedo. amaritudo. et austeritas. et omnia his cognata. Amplius autem calor et frigus et albedo et nigredo. Et quoniā he qualitates sint manifestū est Quecūq; em̄ ista susceperint qualia dicunt ſm ea. vt mel qm̄ dulcedinez suscipit. dicitur dulce. et corpus album: quoniam

albedinē suscipiat, similiter sese habent et in ceteris. Passibiles vō quali tates dicuntur, nō qȝ ea que illas suscipiūt qualitates aliquid patiant̄ neqȝ eñ mel quoniaȝ aliquid passum sit idcirco dicitur dulce. nec aliqd aliud huiusmodi Similiter aūt his calor et frigus passibiles qualitates dicunt̄. nō qȝ ea que eas suscipiūt qualitates aliquid patiant̄ sed quoniam singulis eorum que dicta sunt ꝫm sensuū qualitatē passionum perfecta sunt passibiles qualitates dicūtur. Dulcedo eñ passionē quandā ꝫm gustū efficit: et calor ꝫm tactū, similiter et alie. albedo aūt et nigredo et aliȷ colores nō similiter his que dicta sunt passibiles qualitates dicūtur sed ad hoc qȝ hee ipe ab aliquibus passionibus innascantur. Quoniam ergo fiunt propter aliquam passionem multe colorum varietates vel mutaciones manifestū est, erubescens eñ aliquis, rubeus factus est, et timēs pallidus et vnumquodqȝ talium, quare vel si quis talium aliquid naturaliter passus est: similem colorem oportet eum habere, que eñ affectio nunc ad verecundiā circa corpus facta est, et ꝫm naturalem passionem eadeȝ fit affectio dicit̄ naturalis color similis est. Quecūqȝ igitur taliū casuum ab aliquib⁹ passionibus difficile mobilib⁹ ꝑmanentib⁹ principiū sumpserint passibiles dicūtur qualitates. siue eñ ꝫm naturalē substantiā pallor et nigredo facta est qualitates dicuntur. quales eñ et ꝫm eas dicimur, siue eñ ꝑpter egritudinē longā vel ꝑpter estū aut aliqd tale cōtingat vel nigredo vel pallor et non preter eas sed in vita ꝑmaneat qualitates iste dicūtur. similiter eñ quales et ꝫm eas dicimur Quecūqȝ vō ex his q̄ facile soluūtur et cito transeunt fiunt passiones dicunt̄ nō eñ dicimur ꝫm eas quales. nō eñ qui propter verecundiā rubeus fact⁹ est, rubeus dr̄. neqȝ cui pallor ꝑpter timorē

euenerit pallidus dicitur sed magis q aliquid passus est. quare passiones hmoi dicunt. qualitates vero minime. Similiter aut his et sm animam passibiles qualitates dicunt et passiones. quecuq eni mox innascendo ab aliquibus passionibus qualitates dicunt. vt dementia vel ira vel aliqua hmoi quales eni sm eas dicimur iracundi vel dementes. similiter aut et quecuq alienatioes no naturaliter. sed ab aliquib9 casib9 facte sunt difficile preterentes et immobiles et hmoi qualitates sunt. quales eni et scdm eas dicimur. Quecuq vo ex his q citius pterent fiunt. passioes dicutur. vt si quis cotristatus iracudior fit. no eni dicit iracund9 qui in hmoi passione iracudior factus sit. sed magis aliqd passus. quare passioes hmoi dicunt qualitates minime. Quartu vero gen9 qualitatis est forma. et circa aliquid constans figura. Ampli9 aute ad hoc rectitudo et curuitas et siqd his simile est. sm aut vnuquodq eoru quale quid dicit. triangulum vero vel quadrangulu esse. quale quid dicitur. et rectu aut curuum et scdm figura vnuquodq dicit. Rarum vero et spissu et asper et leue putabunt qualitatem significare. sed aliena hmoi putant esse a diuisione que circa qualitatem est. quando eni positione quodamodo videntur partium vtraq mostrare. Spissum quidem eo q ptes. ipe ppinque sunt. Rarum vero eo q distant a se inuice. et leue qdem q ptes in rectu sibi iacent. asper vero q hic quidem pars supet illa vero sit inferior. sz fortasse alij qm apparebunt modi qualitatis. sz qui maxie dicunt hi sunt. qlitates itaq sunt q pdicte sunt. Qualia vo dicunt q sm hoc denoiatiue dicunt. aut quolibet aliter ab his. vt a candore candid9. a gramatica gramatic9 et a iusticia iustus. similiter aut et in alijs In aliquibus vo eo q no sint nomina posita qua

litatibus non ptingit ea q̄ dicunt̄ ab his denoīatiue dici. vt cursor aut pugillator qui ẜm naturalē potētiam dicūtur. a nulla qualitate denoīatiue dicūtur. non em̄ posita sunt noīa valitudinib⁹ ẜm quas ista dicunt̄. sicut in disciplinis ẜm quas pugillatores vel palestri ẜm affectionem dicuntur pugillatoria em̄ disciplina dicit̄ et palestria. Quales vero ab his denoīatiue hi qui afficiuntur dicunt̄ Aliqn̄ aūt posito noīe denominatiue nō dicit̄. id q̄ ẜm eā quale dicit̄. vt a v̄tute studiosus. virtutē habēdo studios⁹ dicit̄ sed nō denoīatiue a virtute. non aūt in plurib⁹ hoc tale est. Que ergo dicunt̄ qualia aut denoīatiue a p̄dictis qualitatib⁹ dicunt̄ aut aliquo modo aliter ab his. Inest aūt cōtrarietas ẜm q̄ quale est. vt iniusticie iustitia ptraria. et albedo nigredini et alia Siīr aūt et ea q̄ sunt ẜm eas qualia dicunt̄. vt iniustū iusto. et albū nigro Non aūt in oībus hoc. rubeo em̄ ⁊ pallido et hmōi colorib⁹ nihil est ptrariū qualitatib⁹ existentib⁹. Ampli⁹ si ex cōtrarijs vnū fuerit quale hoc palā est quoniam ⁊ relatiuū erit quale pponēti ex singulis alia p̄dicamenta. nam si est iustitia iniusticie ptraria q̄le aūt est iusticia. quale igit̄ erit iniusticia. nullū em̄ predicamentorū aptabit̄ iniusticie. nec quātitatis. nec ad aliqd nec vbi. nec oīno aliqd quicq̄ est nisi quale sic āt et in alijs q̄ ẜm quale ẜm quale sunt. Suscipit aūt qualitas mai⁹ et min⁹. albū em̄ mai⁹ et min⁹ alter altero dicit̄. et iustū alter altero maius et min⁹ dicit̄. ẜ et ipa incremēta suscipiūt cū candidū nanq̄ sit. ampli⁹ cōtingit candidum fieri. nō tn̄ oia sed plura. iniustitia nanq̄ iusticia si dicat̄ maius aut minus pōt quilibet ambigere. siīr et in alijs affectionib⁹. quidā em̄ dubitāt ex talib⁹ iusticiā nāq̄ a iusticia nō multū aiunt maius aut min⁹ dici. nec sanitatē a sanitate. min⁹ v̄o alterū altero

habere sanitatē aiūt ⁊ iusticiā min⁹ alterū altero habere Sic aūt ⁊ grāmaticā et alios affectus sed tamen ea q̄ ſm ipos affect⁹ indubitāter recipiūt mai⁹ et min⁹. grāmatici em̄ alter altero đr. et iustior et sanior sic ⁊ in alijs Triangulus vō et quadrāgul⁹ nō videnť mai⁹ et min⁹ suscipere: nec aliqđ aliaꝝ figuraꝝ. Quecūqꝫ em̄ diffinitiōez triāguli vel circuli recipiūt oīa siłr triāguli sunt et circuli Eoꝝ vō q̄ nō recipiūt nihil mai⁹ alteꝝ altero dicit᷑. nihil em̄ quadratū mai⁹ q̄ꝫ altera pte lōgior forma circul⁹ est. nullū em̄ illorum recipit circuli rōnem. Siłr āt si vtrūqꝫ nō recipit hui⁹ ꝑpositi rōnez nō đr alteꝝ altero magis. nō ergo oīa qualia recipiunt maius et min⁹. hoꝝ itaqꝫ p̄dicta sunt nihil ꝓpriū est qualitatis Similia vō et dissimilia ſm solas dicunt᷑ qualitates simile em̄ et dissiłe alteꝝ alteri nō est nisi ſm quale. quare ꝓpriū erit q̄litati siłe vel dissimile dici At vero non decet ꝯturbari ne q̄snos dicat de q̄litate ꝓpositionē faciētes multa de relatiuis interposuisse. habitus em̄ et despositiōes eoꝝ q̄ ad aliqđ sunt esse dicebam⁹ Pene em̄ in oībus talib⁹ genera ad aliqđ dicunt᷑. nihil aūt hoꝝ q̄ singularia sunt. nā cum disciplina gen⁹ sit ipm̄ qđ est alterius dicit᷑. alicuius em̄ disciplina dicit᷑. eoꝝ q̄ singula sunt. nihil ipm̄ qđ alteri⁹ est đr. vt grammatica nō dicit᷑ alicui⁹ grāmatica. nec musica alicuius musica. ſ forte ſm genus et nō ad aliqđ dicit᷑. vt grāmatica đr alicui⁹ disciplina. nec alicui⁹ grāmatica. et musica alicui⁹ disciplina nec alicui⁹ musica Quapropter que per se singula sunt non sunt ad aliqđ. dicunt᷑ em̄ quales ſm singula. hec enim habem⁹. Scientes em̄ dicimur eo qđ habem⁹ singulas sciētias. quare hec erūt tunc qualitates q̄ singulariū sunt ſm quas quales dicunt᷑. he aūt non erūt eoꝝ que sunt ad aliqđ. Ampli⁹ si cōtingat hoc ipm̄ quale et relatiuum

esse nihil est inconueniens in vtrisq hoc generibus annumerare.

Capitulum Sextum de predicamentis Actionis et passionis.

Recipiunt autem facere et pati cõtrarietates et maius et minus Calefacere em̄ ad frigidum facere contrarium est et calefieri ad frigidum fieri. et delectari ad ɔtristari. Idcirco actio et passio recipit cõtrarietatem. sed et magis et minus. calefacere em̄ magis est et minus et calefieri magis et minus. et cõtristari magis et minus. Recipit ergo magis et minus facere et pati. de his tanta dicant̄ Dictū est aūt et de situ in his q̄ ad aliquid sunt. q2 denominatiue a positionibus dicuntur. de reliquis aūt id est quando et vbi. et habere eo q manifesta sunt nihil de his aliud dicuntur. qm̄ que in principio dicta sunt. quia habere vel significat calciatum esse vel armatum. vbi autem in loco esse. sed et alia que de his dicta sunt. de propositis generibus que dicta sunt sufficiant.

Tractatus Tertius de post predicametis quinq hȝ capl'a Primū de p̄mo postp̄ñto scȝ oppōne

Quotiens aūt solet opponi dicendū. dicit̄ aūt alterum alteri opponi quadrupliciter. aut vt ad aliquid. aut vt contraria. aut vt habitus et priuatio. aut vt affirmatio et negatio Opponit̄ aūt vnūquodq eoꝝ vt sic figuratim dicere. vt relatiua. vt duplū dimidio. vt contraria. vt bonum malo. ſm priuationem et habitū. vt cecitas visui. vt affirmatio et negatio. vt sedere nõ sedere Quecūq em̄ vt relatiua opponunt̄ ea ipa que sunt oppositoꝝ dicunt̄ aut quomõlibet aliter ad aliud vt duplum hocipm q est alterius dicitur. alicuius em̄ duplum dicitur. sed

et disciplina et disciplinatū tanquā relatiua opposita sunt. et dicit̄ disciplina hoc ip̄m q̄ est disciplinati. sed disciplinatū ipsum q̄ est alterius oppositū dicit̄ id est ad disciplinā. disciplinatū em̄ aliqd̄ dicimus disciplina disciplinatū. quecūq; ergo opposita sunt tanquam ad aliqd̄. ip̄a que sunt alioꝝ dicunt̄. aut quocūq; mō ad se inuicem Jlla vero q̄ vt ꝯtraria. ip̄a quidē que sunt ad seinuicem nullo mō dicunt̄. Contraria vero sibi inuicē dicunt̄. neq; em̄ bonū mali dicit̄ esse bonum sed cōtrariū. nec album nigri albū sed contrariū. differunt hec ergo a se inuicē. Quecūq; vō ꝯtrarioꝝ talia sunt. vt in quib9 nata sunt fieri et de quib9 principaliter necessariū est alterū eoꝝ inesse. nihil eoꝝ mediū est. Quoꝝ aūt nō est necessariū alteꝝ inesse. hoꝝ oīm est aliqd̄ mediū oīno. vt languor et sanitas in corpore animalis natura habent fieri et necessarium est alterum in esse in corpore animalis. sed et par et impar de nullo p̄dicant̄ et necessariū est alteꝝ in nūero esse et habundās aut p̄fectum et nihil est in medio eoꝝ neq; inter lāguorem et sanitatē. neq; inter abundantē et p̄fectū. Quorū non est necessarium inesse alterū est eorum aliqd̄ medium. vt nigrū et albū in corpore natura habēt fieri et non est necessarium alterum horū esse in corpore. nō em̄ oīe corpus albū aut nigrū est. sed et prauum et studiosum predicatur quidem de homīe et de alijs multis. sed nō est necessariū alterū horum inesse vel de quibus predicatur. nō em̄ omnia vel praua vel studiosa sunt. et est horū aliquid medium. Albi quidē et nigri et fuscū et pallidum et quicunq; alij colores sunt. praui vero et studiosi qd̄ neq; prauū neq; studiosum est. Jn aliquibus itaq; nomīa posita sunt his que media sunt vt et albi et nigri et fuscum et pallidū. Jn aliquib9 autē nomina quidem in medio assignare

idoneum nō est. sed ꝑ vtrorumq summoꝝ negatione quoddā mediū assignatur. vt qd neq bonum neq malum. neq iustū. neq iniustū. Priuatio vero et habitus dicit circa idem aliquid. vt visio et cecitas circa oculum. vniuersaliter autem dicere est in quo nascitur habitus fieri circa idem hoc dicit vtrunq eoꝝ ordinē. Priuari autem tūc dicim vnumquodq habitus susceptibiliū quando id qd natū est habere nullo modo habz Edentulum enim nō dicimus qui nō habet dentes. nec cecum qui nō habet visum sed qui quando ꝯtingit habere et nō habet Quidā em̄ generatiōes neq visum neq dentes habent. sed non dicūtur edentati neq ceci. priuari ergo et habere habitum nō est habitus et priuatio. habitus enim est visus priuatio vero cecitas. habere em̄ visum nō est visus. nec cecum esse cecitas est. priuatio em̄ quedā cecitas est. cecum em̄ dicere priuari nō est priuatio. nam si etiam idem est cecitas et cecum esse. vtraq de eodem predicarent. Nūc vero minime sed cecus dicitur hō. cecitas vero nullo modo dicit Opposita etiā hic vident esse id est priuari et habere habitum tanq priuatio ꝛ habitus. Mod em̄ oppositionis idem est. nam sicut cecitas visui opposita est sic cecū esse ad visum habere oppositū est. Nō est aūt q sub affirmatione iacet affirmatio aut negatio. affirmacio nāq oratio est affirmatia. et negatio est orō negatiua Hoꝝ vō que sub affirmatiōe ꝛ negatiōe sunt nullaz est oratio. Concedat aūt hec esse opposita alterutris tanq affirmatio et negatio Nā in his mō oppositiōis idem est. sicut affirmatio em̄ ad negationē est opposita. vt qd sedet ad id qd nō sedet sic res q sub vtroq est posita id est sedere ad nō sedere. Qm̄ aūt priuatio et habit nō sic opponunt vt ad aliquid manifestū est. Neq em̄ dicit visus hocipm qd est oppositi.

visus enī nō est cecitatis visus. nec alio vllo mō dicit̄ ad ipm Siliter aut̄ neq₃ cecitas dicit̄ visionis cecitas sed priuatio quedā visionis cecitas dicit̄ Ampli⁹ ad aliqd oia reciproca dicunt̄. quare et cecitas si esset eor̄ū que ad aliqd sunt. vtiq₃ ɔuerteret̄ ad illud ad qd dicit̄. sed nō cōuertit̄. neq₃ enī d̄r visus cecitatis vis⁹. Q̄m aūt neq₃ vt ɔtraria opponunt̄ ea q̄ ſm habitū et priuationē dicunt̄ ex his manifestū est. Quorum enī ɔtrarior̄ nihil est mediū necesse est in quibus nata sunt fieri. aut de quib⁹ p̄dicant̄ alter̄ inesse semp̄. Hor̄ū enī nihil erit mediū quorum alterū necessariū est inesse susceptibili. vt in lāguore et sanitati et abūdanti et pfecto. quorum vō aliqd est medium nunq̄ necessitas est omni susceptibili alterum inesse. neq₃ enī necesse est omni susceptibili candidum vel nigrum esse. neq₃ frigidum nec calidu₃. Horum enī medium aliqd nihil prohibet esse horum autem aliquod mediū est. quor̄ū non erit necessariū alterū inesse susceptibili. Propterea quib⁹ naturaliter est vnū inesse. vt igni calidū esse et niui cādidū esse. In his aūt et determinate et necessario alterū inesse et alterum non contingit Non enī possibile est ignē frigidū esse neq₃ niuē nigrā esse Quare omni susceptibili quidē nō est necessariū alter̄ eorum inesse sed solū cuilib₃ naturaliter vnū inest et vnū determinate his nō alterū ɔtingit. In priuatiōe vō et habitu nihil hor̄ q̄ dicta sunt verū est esse Neq₃ enī semp̄ susceptibili necessariū est alterū eor̄ inesse. Q⁹ enī nōdū habet naturā ad videndū. neq₃ cecus neq₃ visum habens dicitur. Ideoq₃ nō erunt hec talium cōtrarior̄ quor̄ū nihil est mediū. Sed neq₃ hor̄ū quor̄ū aliquid est medium. necessarium est omni susceptibili alterum eorum inesse. Quando enī iam natum fuerit ad habendam visionem. Aut cecus aut habens visionē dicitur. et

hoꝝ nō determinate alterū ß alterū ꝯtingit. In contrarijs autē in quibus est mediū nūq̄ necessariū fuit omi susceptibili alterū inesse. ß q̄busdā ꝛ his determinate vnū. Vnde palā ē q̄ ßm neutrū modū tanq̄ ꝯtraria opposita sunt ea q̄ ßm priuationē et habitū opponunt̄. Ampli⁹ in ꝯtrarijs quidē existente susceptibile possibile ē etiā in altertrū fieri mutationē nisi alteꝝ naturaliter insit vt igni calidū esse Nāq̄ q̄ sanū est possibile ē languere et candidū nigrū fieri. et calidū frigidū fieri. et ex prauo studiosum. et ex studioso prauū possibile est fieri. Prauū vo ad meliores actiones duct⁹ et ad doctrinas vel ad modicū aliqđ ꝓfuerit vt melior sit Si vo sp vel modicū crementū sumpserit. palā ē q̄ aut pfecte mutabit̄ aut satis multū crementū sumet. si eni mobilior ad vtutē fiat. vel qđcūq̄ cremētū susceperit a principio ex hoc etiā verisile ē Ampli⁹ eni sumere crementū et hoc dū sit pfecte ꝯtrariū habitū restituet̄. nisi forte tpe suspensuz sit. Verū in priuatiōe et habitu impossibile est mutationē in alterutrū fieri. ab habitu in priuationē fit mutacio. a priuatiōe vo impossibile est. neq̄ cec⁹ fact⁹ iterū vidz. neq̄ cū calu⁹ erit iterū comat⁹ est. neq̄ cū ē sine dentib⁹ iterū orti sunt dentes. Quecūq̄ vo tanq̄ affirmatio et negatio opposita sunt. palam est q̄ nullo modoꝝ istoꝝ opposita sunt In solis eni istis necessariū sp quidē aliud eoꝝ esse verū aliud falsuz. Neq̄ in ꝯtrarijs necessariū aliud esse verū aliud esse falsum Neq̄ in his q̄ ad aliqđ sunt. nec in habitu nec in priuatiōe. vt sanitas ꝛ lāguor ꝯtraria sunt. et neutrū neq̄ falsum neq̄ verū est Sicut āt ꝛ duplū et dimidiū tanq̄ relatiua oppsita sunt et nō est eoꝝ alterū verū neq̄ alterū falsuz Sz neq̄ ea q̄ ßm ꝑuacionē et habitū opposita sunt. sicut vis⁹ ꝛ cecitas Omino āt eoꝝ q̄ ßm nullā ꝯplexionē dicunt̄. nihil eni neq̄ verum

neq3 falsum Porro oīa q̄ dicta sunt sine ↄplexiōe dicunt̄ Sȝ maxīe videbit̄
hoc tale ↄtingere in his q̄ ſm ↄplexionē dicunt̄ cōtraria Sanū nāq3 esse so-
cratē ad lāguere socratē ↄtrariū est. Sȝ neq3 in his sp̄ alterū est ver̄ alter̄
falsum. cū em̄ sit socrates. erit alter̄ verū alter̄ vō falsū cū vō nō sit ābo
falsa sunt. neq3 em̄ languere. neq3 sanū esse ver̄ est cū ip̄e sortes nō sit. In
priuatiōe vō et habitu neutrū ver̄ est cū nō sit. cū vō sit. nō est necessariū
alterā eē verā alterā falsā. cū em̄ sit. nō erit alterū ver̄ et alter̄ falsū Ha
bere nāq3 visū socratē ad id qđ ē cecū esse socratē oppositū ē sicut p̄uatio
et habit9. et cū sit nō est necessariū alter̄ verū vl' alter̄ nō eē falsum Cū em̄
nondū nat9 est habere vtrūq3 falsū est et eū visū habere et eū cecū esse In
affirmatiōe et negatiōe sp̄ siue sit siue nō sit. alid quidē erit ver̄ alid falsū
lāguere em̄ socratē et nō lāguere cū ip̄e sit palā est. qm̄ alterū eor̄ verū est.
alter̄ āt falsū et cū nō sit silr̄. languere em̄ cū nō sit falsū est. non lang-
uere aūt ver̄ Quare in his solis ↄpriū erit sp̄ alter̄ eorū ver̄. alter̄ eor̄ esse
falsū quecūq3 tanq3 affirmatio et negatio opposita sunt. Cōtrariū aūt
ē bono ex necessitate malū. hoc autē palā ē vt sanitati lāguor. et iustitia
iniusticie. et fortitudini debilitas. silr̄ aūt et in aliis. Malo aūt aliqn̄
bonū quidē ↄtrariū est aliqn̄ malū. egestati aūt cū ip̄a sit malū superabun-
dantia cū ip̄a sit malū ↄtraria est. ſ in paucis hoc tale q̄libet inspiciet In
plurib9 vō sp̄ bonū malo ↄtrariū est Ampli9 nō est necessariū ↄtrarior̄ si al
terū sit et reliquū eē. sanis nāq3 oībus sanitas erit. lāguor vō nō erit Am
pli9 aūt et cū oēs sint albi. albedo erit nigredo vō nō erit Ampli9 si socra
tē sanū ad id qđ est lāguere socratē ↄtrarium est cū nō sit possibile vtrunq3
eidē inesse sil' nō erit possibile cū alter̄ ↄtrario sit et reliquū esse. Cum em̄

socratem sanū esse sit. nō erit socratem languere Palā vero ē q̄ etiā circa idem aut genere aut specie naturā hn̄t fieri ꝯtrarietates. Languor nāq̨ et sanitas in corꝑe aīalis natura hn̄t fieri Albedo aūt et nigredo circa corpus simplr. iusticia vo et iniusticia in aīa Necessariū ē aūt oīa ꝯtraria. vel in eodem genere vel in ꝯtrarijs generib⁹. vel ipa genera esse Albū em̄ et nigrū in eodem genere sunt. color em̄ gen⁹ eorꝫ est. iusticia vo et iniusticia in diuersis generibus Huius em̄ virtus. huius nequicia gen⁹ est. bonum vero et malum non in genere sed ipsa sunt genera aliorum existentia.

Capitulum Secundum de secundo postpredicamento scilicet priore.

Prius aūt alterū altero dr̄ quadruplicit̄ Primo quidē et ꝓprie ſm tps ſm qd̄ ſꝫ antiqui⁹ et senius dr̄. in eo q̄ tps ampli⁹ est. et antiquius et senius dr̄. Scd̄o quidē qd̄ nō ꝯuertit̄ ſm existendi ꝯñam. vt vn⁹ duob⁹ prior est Duob⁹ em̄ exn̄tib⁹ mox ꝯsequens est vnū esse. vno autē existente. nō ē necessariū duo esse. Jcirco nō ꝯuertit̄ ab vno ꝯsequētia vt sit reliquū Prius āt videt̄ esse illud a quo nō ꝯuertit̄ in eo quod est esse consequentia. Tertio vo ſm quendā ordinē pri⁹ dr̄ queadmodū in disciplinis est et orōnib⁹. Nā et in demonstratiuis disciplinis est pri⁹ et posteri⁹ ꝑ ordinē. elemēta em̄ in geometria priora sūt his que describuntur per ordinē sed in grāmatica elemēta priora sunt syllogismis. et in orōe similiter. phemium em̄ pri⁹ ē narratione ꝑ ordinē Ampli⁹ ꝑterea que dicta sūt qd̄ meli⁹ est et honorabili⁹ prius esse videt̄. Cōsueuerūt āt plurimi honorabiliores et magis dilectos a se. priores dicere apud se Est quidem et pene alienissimus priorū his mod⁹. mōi itaq̨ q̄ dicti sunt de priore isti sunt Videt̄ autē

preter eos qui dicti sunt alter esse mod⁹ prioris. eoꝶ vero que ꝯuertunt̃ ƺm essentie ꝯñam qd alterū alteri quoƺlibȝ causa ē digne pri⁹ nãa dr. Quia vo sunt quedã hmõi palã est esse. nãqȝ hoiem ꝯuertit̃ ƺm eēntie ꝯñaȝ ad verã de se orõnē. Nã si homo ē. vera oratio est qua dicit̃. q: hõ ē et hõ ꝯuertit̃ q: est. nã si vera oratio est qua dr q: hõ est. ꝯsequit̃ esse hoiem Est quidem oratio vera nequaq̃ causa quare sit res verū tamen videt̃ res quodãmodo causa vt sit oratio vera. dum enim res est aut non est vera oratio aut falsa dicatur necesse est. Ideoqȝ scdm quinqȝ modos alterū altero prius dicet̃.

Capitulum Tertium de tertio postpredicamento scilicet simul.

Simul aūt dicit̃ simplr quidē et ppie quoꝶ generacio in eodem tpe est neutrū em̃ neqȝ prius neqȝ posterius est eoꝶ Simul autē hic dicuntur ƺm idem tps Naturaliter aūt sunt simul quecunqȝ ꝯuertunt̃ quidē ƺm qꝫ est esse ꝯsequentiam. ƺ nequaq̃ causa est alterum alteri vt sit vt in duplo et in dimidio. cōuertunt̃ etem̃. hic nã cum sit duplū est dimidiū et cū sit dimidiū est duplū. ƺ neutrū causa est alteri vt sit. Dicuntur aūt simul naturaliter et que ex eodē genere ediuerso diuidunt̃ a se inuicem Ediuerso aūt diuidi dicunt̃ que ƺm eandē diuisionē sunt. vt gressibile volatile aquatile. Hec em̃ ediuerso diuidunt̃ que sunt ex eodē genere. aial ãt diuidit̃ in hec/ gressibile et volatile et aquatile. Et nihil hoꝝ prius vel posteri⁹ est. ƺ simul ꝑ naturã esse vident̃. Diuidit̃ aūt et singulū hoꝝ in suas species Rurs⁹ vt gressibile aial et aquatile. erūt ergo ⁊ illa simul naturaliter quecūqȝ ex eodē genere sunt ƺm eãdē diuisionē Genera vo sp priora sunt nō em̃ ꝯuertit̃ ƺm qꝫ est esse ꝯsequentiã. vt cū sit quidem aquatile est

aīal. Cū vero aīal est. nō est necesse vt sit aquatile Simul ergo ꝑ naturā dicunt̄ quecūqꝫ couertunt̄ quidē ßm q̄ est esse cō sequētiam, sed nequaq̄ est causa alterū alteri vt sit. et ea que ex eodē genere diuidunt̄ ab inuicem Et simpliciter simul sunt, quorum generatio in eodem est tempore.

Capitulum Quartū de quarto postpredicamento scilicet motu.

Otus autē species sunt sex Generatio, corruptio. augmentum diminutio. alteratio. ßm locū mutatio. Alij itaqꝫ motus palā est q: ab inuicē sunt. alij nō. nec eīm generatio ē corruptio. neqꝫ augmētū diminutio. nec est ßm locum mutatio. silr̄ aūt et alij. In alteratiōe vo quandam hūt questionē. ne forte necessariū sit id qđ alterat̄ per aliquā reliquarū motionū alterari. hoc aūt nō est verū Naz pene ßm oēs passiōes aut plures alterari accidit nobis. nulla aliarū mutationum ꝯmunicante Nā neqꝫ augeri necessariū ē q ꝑ passionē moueṫ. neqꝫ minui. silr̄ aūt ꝛ in alijs. Ideoqꝫ alia erit preter illos motus alteratio Nam si esset eadem oporteret id qđ alterat̄ mox augeri vel minui vel quandā aliarū ꝯsequētiā motionū fieri. sed nō necesse est. Similiter aūt et qđ augeṫ. aut mutatiōe aliqua moueṫ alterari oporteret. ß sunt quedā crescentia q̄ nō alterant̄ vt quadrāgulis circūscripto gnomone creuit quidē. alteratum vero nihil est factū. silr̄ et in alijs hmōi. quare alij sunt mot⁹ ad inuicē Est aūt simpliciter quidē motui ꝯtrariū quies. his vero que ꝑ singula sunt generationi quidē corruptio augmentationi diminutio. ßm locū vero mutationi ßm locū quies maxime videṫ oppositū esse. et forte in contrariū locū mutatio vt qđ inferi⁹ est omī qđ supius est et ea que supiora sūt eis q̄ inferiora sūt

sunt. Reliquo vo assignatoꝝ motuū nō est facile assignare qd sit ꝯtrariuꝫ Videt̄ aūt neqꝫ esse cōtrariū aliquid ei. nisi quis et in hoc ꝑm qualitatem quietē apponat aut in contrariū qualitatis mutationē sicut et in mutatione ꝑm locū. aut in contrariū locum ꝑm mutationē. est em̄ alteratio mutatio ꝑm qualitatem. quaꝓpter opposita erit ꝑm qualitatē mutationi quies ꝑm qualitatem. aut in ꝯtrariū mutatio qualitatis. vt albū fieri ad id qd est nigrū fieri. alteratur em̄ in cōtraria qualitatis mutatione facta.

Capitulum Quintum et vltimum de vltimo postpredicamēto scilicet habere.

Habere aūt multis modis dicit̄. Aut em̄ tanqꝫ habitū et affectuꝫ Aut aliā quālibet qualitatē. dicunt̄ em̄ disciplinaꝫ habere atqꝫ virtutē. Aut vt qualitatē. qd cōtingit ei qui habet magnitudinē. dr em̄ bicubituꝫ vel tricubitum habere magnitudinem. Aut ea que circa corpus sunt. vt vestimentum vel tunicam. Aut in membro. vt in manu anulum Aut vt membrum. vt manum vel pedem. Aut in vase vt in modio grana tritici. aut in lagena vinū. vinū em̄ habere lagena dicit̄. et modi⁹ grana tritici. hec igit̄ oīa habere dicunt̄ vt in vase Aut vt possessionem. habere em̄ domū et agrū dicimur Aut vir etiā vxorē et vxor virū. ꝫ videt̄ alienissimus que nunc dictus est mod⁹ esse in eo qꝫ est habere. nihil em̄ aliud vxorē habendo significamus. nisi qꝛ cohabitat Forte tn̄ et alij apparebunt qui dā mōi de eo qd ē habere. Sꝫ q̄ ꝯsueuerūt dici. pene oēs enūerati sunt.





ytius